



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*MCCCCX
XXIV.
*Dietherus
Academia
Erfurtenfis
Rector.*
*MCCCCX
XV.
*Templum S.
Wipperti
erigitur.*
*MCCCCX
XIX.
*Clerus ratio
ne Rudelst.
turbatur.
Saxo jura
Clericonfir-
mat.*
*Sacra fera-
lia pro do-
XXIII.
mo Sax. an-
nuè Erfurti
ad B. M. V.
celebrantur.*
*MCCCC
XL.
*Theod. Ele-
tor urbem*

tis sibi stipulata est. * Dietherus † Co-
mes de Isenburg, cujus fatum infra narra-
bimus, literarum studiis operam hic na-
vans, hoc anno Academiae Rector praefu-
it, ac specimen dedit se dignum esse,
qui olim imperaret. Aedes S. Wipperto
† sacra in latissimum fornicem sine pilis ex-
furgens erigitur. (a) * Saxonum † ministri
Marianam Ecclesiam in libertate, & Do-
minio pagi Rudelstat turbaverant. (b)
Querelæ ad Fridericum Electorem, &
Lândgravium deferuntur. Ille cum anti-
quissimus titulus, & majorum consensus
probaretur, non modo jura Capituli, &
possessionem confirmat, sed & reliquos
Mariani Cleri per Saxoniam, & Thuringiam
census se protecturum spondet, Clerus
vicissim Saxonicae Domûs incolumi-
tatem Numini commendaret, ac an-
nuè bis pro defunctis ejusdem sacra feralia
† perageret. Ista in hodiernum diem cum
praescriptis solennitatibus celebrantur.

* Theodoricus † extincto Conrado sus-
fectus Erfordiam die S. Dionysii (c) splen-
didissime ingreditur. Occursum ei à ci-
vibus, & omni multitudine, atque cum
subjectionis professione homagium praesti-
tum est. Senatus in templo Severiano,
cives in Coemeterio jurarunt. Non in au-
la

ingreditur & homagium suscipit.

(a) Structura in quadrato lapide exterius annum refert.

(b) Documenta Archivi Mariani.

(c) MS. Petrense hoc anno.

la sua, sed in monasterio S. Petri diver-
 tit. Ultimus ille per duo sæcula habitus,
 cui hæc felicitas contigerit, quippe fatali
 diffidio civili, & subsecuta mox defectio-
 ne urbis, omnis aditus ad pristinam po-
 testatem interclusus videbatur, præsertim
 postquam Albertus, quo majorem sperari
 posse nemo credidit, introitum frustra
 tentasset. Verum cujus Herois virtutibus
 inclinatum sit hoc fatum, & quomodo
 post ducentos viginti quatuor annos, Jo-
 annes Philippus Elector, restitutâ Sedi ci-
 vitate Homagium acceperit, felicitis ejus
 temporis Historia narrabit. * Idem The-
 odoricus (a) in monasterio D. Petri † dis-
 ciplinam restituit, atque reformationis
 Bursfeldensis regulas introduxit. Diu re-
 stitit Hartungus Abbas, & integro quin-
 quennio laudabile propositum frustravit,
 sed urgentibus negotium Moguntini Offici-
 alibus, præsertim compellente Vicedo-
 mino Hennone ab Allenblumen, tandem
 in Reinhartsbrunnense monasterium seces-
 sit, ipsumque Cœnobium disciplinam subi-
 it. Suscepit gubernacula Christianus,
 Bursfeldiæ professor, ast vivente Hartun-
 go à nomine Abbatis & pedo abstinuit, ne
 sub prætextu reformationis, ut solet, ho-
 nores ambiisse videretur. Hic † Christia-
 nus in monasterio profundissimæ capacita-
 tis Puteum desperato ausu effodit. * Li-
 terarum Universitati Collegium Jurista-

* MCCCC
 XLVI.

Archi Ep.
 secundū V-
 nionē Burs-
 feldensem
 Petrenses
 reformat.

Puteus in
 monte S. Pe-
 tri effoditur

* MCCCCX
 LVIII

I 4

(a) Dictum Chron. Petrense

Collegiū Iuristarū Marianum erigitur. *rum* † Marianum Henricus de Gerlstedt *cretalium* Doctor erexit. (a) Fuit ille patriâ Ascaniensis, atque hîc dignitates Ecclesiasticas, & ipsam præposituram Ecclesiæ B. M. Virginis obtinuit. Prodigus in *pias causas*, præter alia multa Collegium hoc *reditibus* ditavit, pius etiam in patriam, quam stipendiorum aliquot patronam pro indigenis voluit.

XXIV. *Ingens dissidium inter fratres Duces Saxonie Belli incommodis immiscetur Erfordia, & auxilia à Moguntino rogat.* *pit:* (b) Saxonie † Principes & fratres, Fredericus Elector, & Dux Wilhelmus a *cerrimis æmulationibus* agitabantur. Quod inter hostes crudele, fratrum iræ parum videbatur. Ipsa † Civitas ob incendium tam vicinum sibi timens (c) ab Electore Theodorico auxilia rogat, utque urbem suam tutaretur, admonet. Sigismundus Comes in Gleichen Ducem Wilhelmum secutus, hinc Civitati gravis, sed cives alacribus armis eum reprimunt, ipsiusque & agnati Adolphi agros tam diu infestant, usquedum pacis leges rogaret. Litem inter fratres incauti Officiales excitârunt, ignari, quod magnatum odia demum illorum sanguine placentur, qui ea incendunt. Wilhelmus Bohemos emerat, hi ut miles externus solet, plus in prædas quam hostem intenti, in pagos Erfurtensium excurrunt, & hospitationibus violentis

(a) Testatur hoc foundationis instrumentum.

(b) Chronica Thuringiæ omnia.

(c) Super sunt literæ.